Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38192
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



72

Venite benedicti patris mei: percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi.

Quod nos omnes hic pariter diuina clementia digna conuersatione in fide spe & caritate permanendo promereri concedat.

Per dominum nostrum ihm xpm qui cum patre & spu sco uiuit & regnat unus & uerus ds per infinita saecula. Amen.

VII. ITEM SERMO SCI HIERONI QUOMODO INTELLEGENDUM SIT QUOD APOSTOLUS DICIT FRUCTUS SPS EST CARITAS

Salutare satis & utile esse iudicatur karissimi fratres indagare subtiliter secundum intellegentiam spiritalem quid sit quod apostolus dicit.

Fructus autem spiritus est caritas gaudium pax & reliqua.